



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus  
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

Ad quid est necessarius Baptismus. tit. 76

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

tione, sed peccato nostro contingit, quòd omnes creaturæ Dei armantur contra nos, Sapi. 5. Ideò denuò consecrantur verbo Dei & oratione, ne Sathanas nobis illudat per creaturas Dei, 1. Timoth. 4. Secundò Fides hæc, qua credimus omnia à Deo data, & gratiarum actio facit vt vsus nedùm corpori, sed etiam animæ valeat: sic nedùm significant, sed etiam per hæc præstatur gratia.

Tertiò, virtus nominis Dei inuocata super creaturam, nos certos reddit, & addit virtutem facilius impetrationis propter verbum, & c. scilicet, illa qua in orationibus & benedictionibus exprimuntur.

*AD QUID EST NECESSARIUS Baptismus.*

TTVLVS LXXVI.



Rimò notandum, quòd omnes peccauimus in Adam, Rom. 5. & 3. omnes peccauerunt, Iudæi & gentes, & egent gratia, id est, misericordia Dei, si saluati bêt. Et quoniam alieno peccato sumus oppressi, id est, corrupti, ideò Deus pater ex misericordia aliud ordinauit medium, id est, sanguinem effusum Christi, Esai. 53. vt illius virtute & alio merito, gratia iterum mundaremur & saluaremur. Hoc autem fit in Baptismo, qui aliud nihil est, nisi sanguis, quo de nouo anima lauat merito sanguinis Christi, & liberatur à peccato originali & actuale, iterum regeneratur, & fit noua creatura DEI. Ioh. inquit Christus Ioan. 3. oportet nasci denuò, &c. Vt igitur peccata remittantur, & quatenus introeamus in regnum Dei, necesse est denuò regenerari. Quod donatur igitur peccatum originale & actuale in Baptismo propter fidem in Christum & Sacramentum adhibitum.

Secundò

Secundò, Quoniam non sufficit accepisse remissionem peccatorum & primam illam Baptismigratiam, sed quoq; opus est, vt natura nostra renouetur, id est, alios motus cordis habeat, quàm à natura peccato oppressa habemus, scilicet, dilectionem, timorem, constantiam fidei, castitatem, longanimitatem, & penitentiam, obedientiam præceptorum Dei; ideo donatur in Baptismo Spiritus sanctus cum fructibus suis, Gal. 5. Et hic operatur in nobis suos fructus, & novos facit homines opere & vita. Ideò tanquam singulare donum iustificato & baptizato confertur. Sic ad Tit. 3 inquit Paulus, & nominat Baptismum lauacrum regenerationis & renouationis Spiritus sancti, &c. Sic duo facit Deus nobiscum in Baptismo. Primò remittit omnia peccata, secundò donat Spiritum sanctum, & infundit in corda nostra, Rom. 5. Et hic Spiritus est author omnium bonorum operum ac vitæ bonæ: sine illo homo solùm animalis est, 1. Cor. 2. Hic quoq; præceptorum Dei obedientiam perficit per nos, & conseruat in nobis apprehensam gratiam in Baptismo.

Tertiò, Nos autè vouemus & promittimus Deo in Baptismo velle obedire Spiritui sancto & eius fructibus, Gal. 5. vel abnegare Sathanæ, & omnibus pompis eius. Quoties ergo peccamus, toties contra votum Baptismi facimus. Ideò inquit Paulus Rom. 6. Sicut cū Christo consepulti sumus in Baptismo &c. ita cum illo resurgamus in nouitatem vitæ. Durat ergo Baptismus per totam vitam, id est, castigatio carnis & mortificatio: in morte enim cessat & sepulcro.

Quartò, Vis etiam Baptismi valet per totam vitam & omnia alia Sacramenta quæ accipimus, & opera quæ facimus, propter vim Baptismi sunt efficacia: Nā nisi essemus primùm baptizati, cætera omnia essent vana: ideo alia remedia vt pœnitentia in relapsis, Eucharistia, matrimonium, vnctio, confirmatio, non

P p exclu.

excludunt vim Baptismi, &cæ. Iubet enim Christus pœnitere, manducare, vngi, &c. sed quos? nisi Baptizatos, non ludæos, &cæ. Præluet igitur vis Baptismi omnibus alijs medijs.

CONFIRMATIO QUID SIT.  
TITVLVS LXXVII.

**F**irmata sunt notanda: Primò, Quid sit confirmatio. Secundò, Quarè instituta. Tertio, quis illius fructus.

Primò, confirmatio est Sacramentum vel opus in quo inchoata fides & accepta gratia in Baptismo, confortatur & confirmatur ne iterùm amittatur, sicut orat Ecclesia Psal. 77. Confirma hoc Deus quod operatus es in nobis. Et ad Philip. 1. Apostolus dicit, Confidimus in Domino, ut incœpit in vobis opus bonum, id est, fidem dedit in Baptismo, perficiat vsq; in diem Iesu Christi. Sic Apostoli confirmârunt baptizatos Baptismo Philippi Actori, Actor. 8. impositione manuum Matthæi 12. Spiritus immundus cedit.

Secundò, instituta est confirmatio contra tentationes, quas Sathan baptizatis imponit. Tentauit Christum post Baptismum in deserto, Matthæi 4. Et Christus prædicit in nouissimis diebus Matthæi 24. Multos venturos pseudopphetas, dicentes, quoniam niam hic est Christus. Et Paulus 1. ad Tim. 4. prædicit in nouissimis temporibus multos discessuros à fide, attendentes Spiritibus erroris, Et 1. Corinthi. 12. Oportet esse hæreses. Et Ioan. 16. In mundo peccatam habebitis, &cæ. Ne igitur deficiamus à fide, deflectamus ad hæreses, vincamur à mundo, Sathana à carne, instituta est confirmatio: sic consignatur in fronte signo crucis à baptizante, vt liberè nomē illius confiteatur: percutitur in maxillam, vt lubens subireat persecutionem propter nomen & fidem Christi.

Roma